



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**R. D. Magistri Petri Lombardi Novariensis Episcopi  
Parisiensis. Sententiarvm Libri IV. quibus vniuersæ  
Theologiæ summa continetur**

**Petrus <Lombardus>**

**Mogvntiæ, 1632**

Quo sensu tenebræ dicantur esse aliquid, & quo dicantur non esse aliquid.

D

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38829**

nia elementa minus est speciosa, & illa inanis erat, & incomposita, propter omnium elementorum commixtionem: eadem etiam vocat abyssum dicens: Et tenebræ erant super faciem abyssi, &c. quia confusa erat & commixta, specie distincta carens. Eadem etiam materia informis dicta est aqua. super quam ferebatur sp. Domini, sicut superfertur fabricandis rebus voluntas artificis: quia subiacebat bonæ voluntati creatoris, quod formadum perficiendumq; inchoauerat: qui sicut dominus & conditor, præerat fluitanti & confusæ materiæ, ut distingueret per species varias quædovellet, & sicut vellet. Hæc ergo ideo dicta est aqua, quia omnia quæ in terra nascuntur siue animalia siue arbores, vel herbæ & similia, ab humore incipiunt formari atq; nutriri. His omnibus vocabulis vocata est illa informis materia, ut res ignota notis vocabulis insinuaretur imperitiis. & non vno tantum: nam si vno tantum significaretur vocabulo, hoc esse putaretur quod consueuerat homines in illo vocabulo intelligere. Sub his ergo nominibus significata est materia illa confusa & informis, quæ nullâ specie cerni ac tractari poterat, in nominibus visibilium rerum quæ inde futuræ erant propter infirmitatem paruulorum, qui minus idonei sunt inuisibilia comprehendere: & tunc erant tenebræ, id est, lucis absentia. Non enim tenebræ aliquid sunt, sed ipsa lucis absentia: sicut silentium non aliqua res est, sed ubi sonus non est, silentium dicitur: Et nuditas non aliqua res est, sed in corpore, ubi tegumentum non est, nuditas dicitur: sicut & inanitas non est aliquid, sed inanis dicitur locus esse, ubi non est corpus, & inanitas absentia corporis.

*Quo sensu tenebra dicantur non esse aliquid, & quo dicantur esse aliquid.*

D

Attende, quia hic Augustin. tenebras dicit non esse aliquid, cum alibi tenebræ inter creaturas

Y 4

ponan-

*Ibid. paulo  
inferius.*

*Li. 8. cap.  
eisdem in-  
ferius.*

*Ibid. paulo  
inferius.*

*Gen. 5. in fin.  
eiusd. li. 1.*

*de Gen. con-  
tra Manich.*

*cap. 4. in  
princip. e-  
iusdem li. 1.*

Dan. 3. f.

ponantur, quæ benedicunt Dominum: unde dicitur. Benedicite lux & tenebræ Domino. Ideoque sciendum est, tenebras diuersis modis accipi, scilicet vel pro lucis absentia, qualiter supra accepit Aug. iuxta quam acceptionem non sunt aliquid: vel pro aere obscurato, siue aeris obscura qualitate, & secundum hoc aliquæ res creatæ sunt. Ideo ergo dicit tenebras tunc fuisse super faciẽ abyssi, quia nondum erat lux: quæ si esset, & superesset & superfunderetur: sed nõdũ lucis gratia op<sup>o</sup> suũ De<sup>o</sup> uenustauerat, quæ postea in primo die formata est.

*Duo hic considerata sunt: quare illa materia confusa sit dicta informis, & ubi ad esse prodiit, quantumque in altitudine ascenderit.* E

De qua re priusquã tractem<sup>o</sup>, duo nobis discutienda occurrunt: Primum, quare illa materia confusa, informis dicatur: an quia omni forma caruerit, an propter aliud. Secundo, ubi ad esse prodierit, & quantum in altum ascenderit. Ad illud ergo, quod primo positum est. breuiter respondentes, dicimus illam primam materiam non ideo dictam fore informem, quod nullam omnino formã habuerit: quia non aliquid corporeum tale existere potest, quod nullã habeat formã: sed ideo nõ absurde informẽ appellari posse dicim<sup>o</sup>, quia in confusione & permixtiõe quadã subsistens, nondum pulchram apertamq; & distinctam receperat formam, qualẽ modo cernimus. Facta est ergo illa materia in forma confusiouis ante formã dispositionis. In formã confusiouis prius omnia corporalia materialiter simul & semel sunt creata: Postmodum in forma dispositionis sex diebus ordinata. Ecce absolutum est, quod primo in discussione propositum fuit, scilicet, quare illa materia dicatur informis.

*Hic ad id quod secundo querebatur, respondet.* F

Nunc superest, quod secũdo proponebatur explicare